

duo notanda sunt, primum, quod d.l. 36. non est dispositio juris novi inductiva sed juris naturalis; & rei existens declarativa, cum vergat ad directionem subditorum, & vassallorum defensionem Principis officio inherentem, & jure naturali inductum, tradunt Alvar. Valaf. consult. 100. Ant. de Petra de potestate Principum, c. 3. quest. 3. num. 35. vers. ex hoc patet. num. 39. Covar. pract. quest. c. 1. n. 2. & idem facit Valaf. cons. 73. num. 5. Sese in decis. 113. n. 2. & 3. ubi comprobatur, qui enim declarat, nihil novi inducit, sed rei existentiam demonstrat; & sic cessat difficultas, quod Princeps secularis non potest legem promulgare super Ecclesiasticas personas, aut res spirituales; licet verum sit, quod in corroborationem juris Canonici, & naturalis, & in ejus utilitatem valida est lex ut docent Morla, in Empor. jur. rit. de leg. num. 24. & 25. Joan. Gutier. l. 2. pract. q. 1. n. 4. & cum haec lex Regia disponat in auxilium juris Canonici prohibentis violentas oppressiones, & ne iudex in contemptum superioris exequatur sententiam, pendente legitima appellatione, ideo valide procedere dicitur, maxime cum, ut dixi, nihil novi inducat, facit l. adeo, §. cum quis ff. de acquir. rerum domi. ibi. cum enim grana, quae spinis continentur, perfectam habeant suam speciem; qui excussit spicas non novam speciem facit, sed eam, quae est detegit; & quae in ejus comprobationem latissime nos deduximus infra, 4. p. cap. 10. per totum.

Argumenta contra recursum ad Regem.

28 Sed contra ejusdem legis Regiae principalem intentionem, ut scilicet supremis Principibus secularibus, nec de jure, nec de consuetudine competat, nec competere possit hujusmodi cognitio, & potestas tollendi violentias ab Ecclesiasticis personis, & iudicibus commissas, fortia pugnant argumenta; & in primis dispositio Concilii Tridentini sess. 25. c. 3. ibi: Nefas sit seculari cuilibet magistratui, prohibere Ecclesiastico iudici, ne quem excommunicet, aut mandare, aut latam excommunicationem revocet, sub praetextu quod contenta in praesenti decreto non sint observata, cum non ad seculares, sed ad Ecclesiasticos haec cognitio pertineat, &c. Quae quidem Concilii verba directo repugnare videntur huicognitioni per viam violentiae, & recursus ad Regem nostrum. Quod etiam confirmatur ex d. Concil. Trid. sess. 25. c. 20. ubi hortatur Reges, &

Principes, ne permittant Ecclesiasticos a iudicibus secularibus, in aliquo offendi, vel gravari. Secundo fortius urget Bulla in Coena Domini quottannis promulgata Romae in Coena Domini, scilicet c. 14. l. 5. & 16. & hujus casus verba sunt: Nec non qui Archiepiscopos, Episcopos, aliosque superiores, vel inferiores Praelatos, & omnes alios, quoscumque iudices Ecclesiasticos, ordinarios quomodolibet impediunt, quominus sua jurisdictione Ecclesiastica contra quoscumque utantur, secundum quod Canones, & sacrae constitutiones Ecclesiasticae, decreta Conciliorum generalium, & praesertim Tridentini statuunt, aut etiam eos, qui post ipsorum ordinariorum, vel etiam ab eis delegatorum, quorumcumque sententias, & decreta, aut alias fori Ecclesiastici iudicium, illudentes, ad Cancellarias, & alias curias seculares recurrunt, & ab aliis prohibitiones, & mandata etiam poenalia ordinariis, aut delegatis praedictis, decerni, & contra illos exequi procurant, eos quoque, qui haec decernunt, & exequuntur, seu dant auxilium, consilium, patrocinium, & favorem in eisdem, &c.

Tertio, fortiter pugnant Rotae decisio resoluta anno 1599. quam referens ad litteram transcribit Sese in tract. de inhib. justitiae Aragon. c. 8. §. 2. 109. cujus sunt verba, ibi: Utraque parte infirmante, super dubio dato, an Paulus Lecanus fuit excommunicatus ob recursum ad tribunal saeculare justitiae Aragonum, in quo illius procurator obtinuerat firmam juris, ad inhibendum iudici Ecclesiastico, ne (appellatione pendente) aliquid innovaret; & ibi Domini responderunt illum ipso jure incidisse in sententiam excommunicationis, quia recurrendo ad iudices saeculares, causam praebuit, ut immunitas Ecclesiastica violetur, §. 16. Bullae in Coena Domini, &c. Deinde quia haec cognitio per viam violentiae non solum jure non fundatur, & competit, ut asseverat d. l. Regia 36. sed imò infinita penè juris Canonici decreta resistunt, ut statim; aliae etiam plurimae sunt decisiones Rotae eodem modo loquentes, quas litteraliter retulimus infra à n. 254. cum seqq.

Deinde, & quarto contra consuetudinem immemorabilem, quae eadem lex Regia affirmat hanc potestatem tollendi violentias inter Ecclesiasticas personas competere Regi nostro; non minora repugnant juridica fundamenta: etenim immemoralis consuetudo, & praescriptio licet vim habeat tituli, veritatis, & privilegii, quod ex tanti temporis curriculo praesumitur praesens tamen talis immemoralis non suffragatur, quoties evidenter apparet de invalido, & de injusto titulo, & iniquo principio, quia consuetudo immemoralis nullam incidit praesumptionem, quantumvis legitime sit probata, ut verissimam conclusionem firmat late post alias, Mieres in tract. de maj. 4. p. q. 21. n. 58. & supra à n. 49. & 52. in 2. impress. Avendan. in tract. de exequon. manda. 1. p. c. 12. n. 6. fol. 85. Parisius in tract. de confident. q. 28. Hieronym. Gonzal. in reg. 3. de altern. gl. 18. n. 48. Trivista decis. 55. n. 69. Aloyf. Ricci. in pract. Eccles. juris pars, decis. 144. n. 18. ubi testatur sacram congregationem censuisse, Verall. in decis. 314. part. 3. Crescent. decis. 21. num. 4. de praebend. Cardin. Put. decis. 189. n. 5. lib. 1. & in decis. 222. lib. 3. & decis. 436. lib. 2. Sed de injusto titulo, & infecto principio apparet evidenter, & notorie per innumerosa juris Canonici decreta, disponentia, ut causae clericorum super eorum rebus, & temporalibus, & spiritualibus, ad saecularia iudicia non trahantur, c. at si clerici de jud. c. si diligenti, c. si iudex laicus, de sententia excommunicationis, lib. 6. imò & cum haec cognitio per viam violentiae procedat contra iura illi resistentia, jam in Principe, & ejus Senatoribus, necessario datur mala fides, juxta l. quemadmodum C. de agricol. & cens. l. qui contra iura, ff. de regul. jur. non dubium, C. de legib. cum concordant. Unde laicus possidens spiritualia, semper praesumitur esse in mala fide

fide, ut dicit Innocen. in c. constitutis, de electio & Bal. in l. superlongi. col. 4. C. de praescript. 30. ann. Mart. in tract. de jur. 4. p. cent. 1. casu 47. n. 5. sed consuetudo immemoralis non habet juris effectum, nec locum habet, ubi datur mala fides, Minsinger. cent. 1. observ. 30. Jafred. in decis. 69. Bald. de praescript. p. 3. tit. de bona fide. q. 6. Aloyf. Ricci. in prax. jur. patr. d. decis. 144. sub n. 18. vers. secundus est casus, & nos latius diximus infra 3. p. c. 10. vers. ex quibus deducitur quod licet, à n. 182. ergo hujusmodi consuetudo procedere non potest.

35 Quinto, quia hujusmodi consuetudo nimis est praedjudicialis statui Ecclesiastico; & contra libertatem Ecclesiae, quae quidem omni jure similis consuetudo reprobata est; quia cum exemptio clericorum sit jure diuino (saltem in spiritualibus) introducta, nulla potest consuetudine tolli, C. clerici de iudicis, ibi: Non debet in hac parte Canonici praedjudicium generare, &c. text. in c. cum terra, de electione, ubi damnatur quaedam consuetudo contra Ecclesiam, ibi, quia in gravamen, & perniciem Ecclesiasticae libertatis redundat; text. in c. cum inter. text. in c. ad nostram, de consuetud. text. in archiep. Cassa. C. de sacros. Ecclesiis, & quod talis consuetudo sit nullius momenti, decidit Rota decis. 804. de consuetud. in antiq. quod & probatur ex d. Bull. in Coena Domini cas. 15. ibi, ex quavis causa, & quovis qualitate colore, aut etiam praetextu cujusvis consuetudinis, aut privilegii, &c. ex qua resultat, quod non solum prohibetur consuetudo hoc casu, sed etiam revocatur privilegium quodlibet ei contrarium.

36 Sexto, quia ubi datur in praescribente incapacitas, etiam consuetudo immemoralis non suffragatur, late profequitur Marta de juris. 4. part. cent. 2. casu 47. per totum, ubi alios allegat, quia laicus non potest se immitttere in spiritualibus, & ejus annexis, nisi aut de licentia Papae, aut in casibus à jure sibi expressis, gl. in c. fin. 23. q. 1. quam ad id dicit jurisconsultus Marta ibi n. 4. ergo cum in Principe saeculari detur incapacitas, non procedet consuetudo etiam immemoralis.

37 Septimo probatur, quia lex, consuetudo, & statutum regulatur à potestate inducentis consuetudinem; sed laici, qui non possunt inducere legem, aut consuetudinem contra clericos, ex defectu jurisdictionis, & potestatis, ut late plures citans argumentatur Mart. de juris. 4. part. cent. 1. cas. 64. per totum; ergo cum hujusmodi consuetudo cognoscendi per viam violentiae inter Ecclesiasticos est inducta à laicorum Rege, & eorum iudicibus, & tribunali supremo; ergo non debet valere, lege resistente, & ex defectu potestatis, cum talis consuetudo si merè civilis, quae clericos non potest ad ejus observantiam adstringere, Covar. pract. c. 31. Azor. institut. moral. 1. tom. l. 5. c. 18. q. 12. late Carolus de Grassis tract. de effectib. cleric. effect. 2. n. 130. & 131. ubi de hoc articulo.

38 Octavo & ultimo facit, quoniam si aliqua ratione, haec immemorabilis consuetudo potest sustineri in rei sui natura prohibitiva, maxime quia à jure inducitur, ac etiam facit praesumere praesens privilegium, & Principem illum concessisse, ut probant Doctores superius citati ad 4. argumentum, sed privilegium sponte concessum à Principe, potest illud revocare, ut notat post alios Marta de jur. cas. 52. num. 6. ergo revocatum intelligitur, per Bullam in Coena Domini, d. casu 15. ibi, aut praetextu cujusvis consuetudinis, aut privilegii, &c.

39 Quibus tamen, & aliis infinitis penè, quae consulto omitto (cum omnia & alia, quae considerari possunt, sub relatis tamen virtualiter comprehendantur) non obstantibus, defendenda, & viribus omnibus tenenda est d. l. Regia 36. assertio, cum sit juris naturalis declaratoria, & ex principio rationis naturalis inducta jure divino, Canonico, & positivo approbata, frequentia, & universali usu recepta, ac immemoralis consue-

tudine corroborata; ad cujus cognitionem, ut clare & distincte procedamus, nonnulla necessaria, & utilia praemittenda sunt.

PRÆLUDIUM I. SUMMARIUM.

- 40 Dominus Deus noster omnipotens vi oppressorum protector auxilium & recursus dicitur ex sacra pagina testimonio.
41 Haec potestas tollendi violentias protectio vi oppressorum à Domino Deo derivata, & in reges non cognoscentes superiores in temporalibus gradatim transfusa. Michaeli Archangelo potestas concessa fuit in Caelo propulsandi violentiam superbiam Luciferi thronum Dei altissimi occupare cupientis, ibidem. Reges in temporalibus Vicarii Christi Dni nostri electi fuere, ut in pace vassallos à violentiis defendant, ibid.
42 Non est potestas nisi à Deo, quae autem sunt, à Deo ordinata sunt.
43 Regimen à Deo Reges non simpliciter acceperunt, sed cum qualitate vi oppressorum protectionis naturaliter illis annexa, & indivisibilis. Rex est imago Reipub. & quasi Deus in terra, ibid. Regis proprium officium est, vi oppressos liberare, ibid.
44 Objectum, & finis supremi regiminis est temporalis pax publica, & vassallorum tranquillitas. Ob bonum commune, & publicam subditorum utilitatem regimen creatum, & à Deo concessum est, ibid.
45 Deus Principem praefecit, ut homines malos compefcet, & bonos tueatur ab oppressis.
46 Dei potentiam curare; regna oriri, & mutare, regesque rejicere, aliosque creare, & vocare, ut ab aliorum tyrannido, & oppressione populum tueantur, sacra pagina testimonio probatur.
47 Suprema Principum potestas temporalium non recognoscitur superiorem in temporalibus, & eorum jurisdictione non data fuit eis à Pontifice.
48 Ante adventum Domini nostri Jesu Christi summam quoque Clavium potestatem traditam Pontifici, jurisdictione temporalis vigeat in Regibus immediate data à Deo, mediante populo & causatid, ibid.
49 Principes temporales in principio non cognoscentes superiores, omnia tam temporalia quae spiritualia regebant.
50 Exemptio Clericorum à jurisdictione saeculari fuit deducta à Regibus Christianis, & concessa ob reverentiam sanctae Ecclesiae.
51 Privilegium exemptivum Clericorum à tempore Constantini Imperatoris est concessum.
52 Deus in universo duos constituit Vicarios, ut in tranquillitate & pace respublica gubernetur.
53 Potestas temporalis habet ut objectum & finem, felicitatem humanam, hoc est justitiam & felicitatem vite temporalis, & sic considerata, & erit ab spirituali distincta, & separata.
54 Dae potestates, ubi simul reperiuntur in republica Christiana, unum corpus faciunt, subest tamen temporalis spirituali.
55 Summus Pontifex utranque habet potestatem, spiritualem, & temporalem; primam absolute, secundam in habitu, & potentia.
56 Summus Pontifex cessante causa spirituali, non utitur potestate temporali contra regimen Regum, & Principum temporalium.

REX Regum, & Dominus Dominantium, qui superiorem nullum, nec in terra, nec in caelo recognoscit, nec potest, Imperator caelestis Deus, vi oppressorum protector, auxilium, & recursus dicitur; cujus omnipotentiam fortem, ac potentissimum

mum brachium patientes violentias, & tribulationes implorare, & invocare, pluribus Divinae Scripturae locis legitimus, juxta illud Isaiæ 38. cap. *Domine cum patior, responde pro me, &c.* Et illud Habacuc Prophetæ cap. 1. *Uspue quo Domine clamabo, & non exaudies: vociferabor ad te vim patiens, & non salvabis, &c.* Et factum est judicium, & contradiditior potentior. Propter hæc lacerata est lex, &c. juncto Psalmo 70. *Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitum: & in Psalmo 26. Dominus protector vita mea, à quo trepidabo.* Sequitur & facit, *Si constiterit adversus me castra, non timebit cor meum.* Et in Psalmo 45. ibi, *Deus noster refugium, & virtus, adjutor in tribulationibus, & Psalmo 17. Deus meus, adjutor meus, & sperabo in eum, idem reperitur Psalmo 27. & 29. Et ulterius idem probatur in Psalmo 69. Adjutor meus, & liberator meus es tu: Domine ne moveris, & Psalmo 21. Tu autem Domine ne elongaveris auxilium tuum à me, ad defensionem meam conspice.* Et Psalmo 79. ibi: *Excita potentiam tuam, & veni ut salvos facias nos, & Psalmo 73. Levam manus tuas in superbas eorum in finem, quanta malignatus est inimicus in sancto? Et in Psalmo 30. Accelera, ut eruas me: esto mihi in Deum protectorem, & in domum refugii, ut salvum me facias, quoniam fortitudo, & refugium meum es tu, & in Psalmo 90. Scuto circumdabit te veritas ejus, &c.* Rectè convenit illud Psalmo 33. *Iste pauper clamavit, & Dominus exaudivit eum: & ex omnibus tribulationibus ejus salvavit eum, juncto Psalmo 34. Eripiens inopem de manu fortiorum ejus: egenum, & pauperem à diripientibus eum.* Et illud Isaiæ Prophetæ, cap. 25. *Super hoc laudabit te populus fortis, civitas gentium robustarum timebit te: quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua: spes à turbine, umbraculum ab aestu, &c.* Et convenit illud Exodi cap. 3. ibi: *Vidi afflictionem populi mei in Aegypto, & clamorem ejus audivi propter duritiam eorum, qui presunt operibus, & sciens dolorem ejus, descendi, ut liberem eum de manibus Aegyptiorum, &c.* Sequitur, & facit: *Clamor ergo filiorum Israël venit ad me: vidique afflictionem, quâ ab Aegyptiis opprimuntur. Sed veni, &c.*

Hanc defensionis, & protectionis naturalis facultatem, ab ipso omnipotentissimo Domino gradatim ad omnes Principes, & Reges non recognoscentes superiorem in temporalibus, derivatam, & originem traxisse apparet. Etenim in caelo Michaeli Archangelo concessa fuit, ad propulsandam violentiam superbiam tumidi Luciferi, thronum Dei altissimi violenter occupare cupientis, deinde statim post mundi, & hominis creationem, ut dicit Ecclesiasticus c. 17. *Et dedit illi potestatem eorum, quæ sunt super terram, & posuit timorem illius, super omnem carnem, &c.* ob delictum ejus dammandi, defensionem concessit, c. de caus. pass. & propr. & ex eo in omnes mundi Reges continuata fuit per Dei concessionem, quos vicarios suos in temporalibus eligit, ut in pace vassallos à violentiis defendant, & in pace Rempubliam tueantur, ejusque legitimi imitatores sint, ut inquit Plutarc. in libello ad Principem invidiosum: *Justitia finis legis est, lex autem officium Principis, at Princeps imago Dei est, omnia rectè constituentis, & disponentis.*

Non enim est potestas nisi à Deo, quæ antem sunt, à Deo ordinata sunt, ut inquit Paul. ad Roman. c. 13, & infra: *Dei enim minister est.* Et Sapient. cap. 6. dicitur, *Audite Reges, quoniam data est à Domino potestas vobis, & virtus ab altissimo: & Daniel. 2. Rex Cali regnum, & fortitudinem, & imperium dedit tibi, & Proverbiorum 8. Per me Reges regnant.* Et sic Divus Augustinus de *Divinitate Dei*, cap. 21. *Non tribuamus dandi regni, & imperii potestatem, nisi Deo vero, ob quam rationem rectè dixit D. Paul. ad Rom. 13. Non sine causa gladium portat, Dei enim minister est, vindex in iram ei, qui malum*

agit. Unde Daniel. cap. 2. *Illius est sapientia & majestas, ille tempus, & horam mutat: ille Reges repudiat, & constituit.* Et probatur idem Proverb. cap. 16. & cap. 25. & Levit. cap. 18. & Sapient. cap. 5. *Malitia everit sedes potentum.* Et plures elegisse Deum Reges ob rectam, & tranquillam populi gubernationem, probatur Exod. c. 3. Deuteron. c. 31. Josue. c. 1. & Regum lib. 1. c. 3. c. 4. & c. 9. 10. & 15.

Hoc insuper regimen à Deo non simpliciter accepisse Reges, apparet, sed cum qualitate, & attributo, naturaliter illi inhaerente, scilicet: auxilio, & protectione vi oppressorum, ita ut in Rege non recognoscente superioriorem in temporalibus, unum, & idem sit inseparabile; & indivisibile regimen, & refugium, pro quo allego text. in *authen. ut judices. sine quoquo suffragio, in prin. col. 2.* ubi Imperator in hæc inquit: *Omnes nobis dies ac noctes contingit, cum omni lucubratione, & cogitatione degere, semper volentibus, ut aliquid utile, & placens Deo à nobis collatoribus, præbeatur, & non in vano vigiliis duximus, sed eas in hujusmodi consilia expendimus, pernoctantibus, & noctibus sub æqualitate dierum, attentis, ut nostri subjecti, sub omni quiete consistant, &c.* Et iterum in *vers. oportet*, ibi. Et nostros subjectos in quiete à provincialibus judicibus conservari, propterea festinabimus gratis administrationes eis dare, &c. *authen. de questionibus, in prin.* ibi. Dei auxilio, ut subjecti ab ejus clementia nobis traditi illis serventur, & in *auth. constitutio, que de dignitatibus in prin.* à Deo tradita nobis Reipublicæ, *auth. de armis, in prin.* ibi: *Subjectos omnes, quorum regimen nobis dedit Deus: text. etiam in auth. de priv. dotis in prin. auth. ut differentes judices, ibi: Ex quo nos Deus Romano præposuit imperio, & illius commissæ nobis à Deo reipublicæ, &c.* Et jure nostro Regio idem probatur, ut in proemio p. 2. ibi: *E nisi pisset Dios in la tierra à los Reyes y Emperadores, por que de otra suerte se turbaria la paz de la Republica, y se disminuiria la autoridad y potestad del Principe, in gran danno y diminucion de la Republica Christiana.* Hinc l. 1. in *fin. tit. 1. & l. 5. ead. p. 1.* dicitur, ibi: *Vicarios de Dios son los Reyes cada uno en su Reyno, quanto à lo temporal.* Probatur etiam iterum in l. 2. tit. 1. p. 2. ibi: *Que pues el Principe es cabeza de todos, que se debe de dolo del mal que resciven assi como de sus miembros.* Cui convenit, quod dicit Girond. in *tract. de Gabell. 1. p. n. 33.* quod Rex est imago Reipublicæ, & quasi Deus in terra. Idem Franchis Topius in *tract. de potest. prin. sacu. §. 8. n. 14.* & Reges dicuntur Dei ministri, suæ voluntatis exequutores, probat Maria *tract. de jurisd. 1. p. c. 6. n. 18.* ergo cum sit Dei Vicarius, & ejus vices gerens, illi debet imitari in dies vigilando in protectione vi oppressorum; prout ipse Deus facit, ut satis probatum reliquimus ad principium hujus præludii, aliàs Princeps naturale attributum amittet, cujus proprium officium est, vi oppressos liberare, & aliud geret, quam Deus in terris, ut eleganter considerat Menoch. l. 1. *contr. illustr. c. 1. n. 10.* ut rectè possit dici, quod iste substitutus sapit naturam ejus in cujus locum subrogatus est.

Objectum enim, & finis supremi regiminis temporalis, est pax publica, & vassallorum tranquillitas, Franc. Top. ubi proxime Bellar. *contr. 5. l. 3. c. 6. tot. 1.* Axia de *exhib. auxil.* ob commune enim bonum, & publicam subditorum utilitatem, omne regimen, & creatum, & à Deo concessum esse, ex hæcenus dictis apparet, probat B. in *tr. de regim. civitatis, n. 27.* Bald. in l. 2. §. novissime. ff. de *origine juris, & in cons. 333. n. 1. & in cons. 327. n. 7. lib. 1.* Alberi. in l. *princeps legib. n. 8. ff. de legib. & in l. decernimus, C. de Sac. Eccl. & in l. digna vox, a. n. 1. C. de leg. Soc. cons. 279. in fin. l. 2. Gramm. voto 32. n. 16. Natt. cons. 139. n. 13. l. 1. Alph. Guer. in *thesauro Christianæ relig. c. 54. n. 1.* Greg. Lop. in l. 9. tit. 1. p. 1. *ver. Aristoteles.* Ideoque Deus principem præfecit, ut malos homines compescat, & 45 bonos tueatur ab oppressis, ut dicit Fulg. *conf. 20. circa fi.* ubi*

ubi testatur hanc esse communem omnium opinionem; sequitur Cardin. Tusc. *prædic. conclus. lit. P. conclus. 679. n. 19. & 21. 22. & 23.* idem dicit Abb. *consil. 20. videtur, n. 2. in fin.* Roland. à Valle, *cons. 1. n. 101. & seq. lib. 1.* prout etiam docuit B. in *proemio, seu prima constitutione, ff. in verb. omnem, n. 3. & 7.* ubi dicit, quod Princeps tenetur protegere, ac defendere subditos à violentiis, sequitur etiam unico verbo Abb. in *c. qualiter, & quando, n. 8. de judicis,* dicens quod Rex, si Ecclesiasticus alicquem gravet, debet monendo, vel juvando relevare gravatum, quem sequitur Sese, de *inhib. c. 8. §. 3. n. 60.* ubi n. 58. quod Principes, de jure divino, & humano possunt, imò teneantur, ad conservationem pacis, & tranquillitatis Reipubl. Christianæ tollere violentias, & oppressiones, omnes violentias factas, tam à clericis quam à laicis.

In pluribus insuper divinarum literarum locis legitimus, sapissime Dei potentiam curasse, regna oriri mutari, & interire Regesque dejicere, alios creare, & vocare, ut ab aliorum tyrannide, & oppressionem populum teneantur, & liberent, nec patitur tyrannos Reges quos ad castigationem scelestorum pacem publicam turbantium vocaverat, ut suæ fuissent voluntatis ministri, ut in *3. lib. Reg. c. 12. & Isaiæ, cap. 45. & iterum eodem l. 3. Reg. c. 11. & lib. 2. Paralip. n. 9. & c. 10. & 3. lib. Reg. c. 13. & 4. lib. Reg. c. 16.* Hæc autem omnia ordinantur à Deo, ad defensionem & liberationem Reipublicæ vi oppressæ, ut probatur per Isaiam, cap. 45. ibi, *Christo meo Cyro, cujus apprehendi dexteram, ut subjiciam ante faciem ejus gentes, & dorsa Regum vertam, &c.* Sequitur & facit in versiculo, *Accinxit & non cognovisti me, quia in bellando non habuisti oculum ante Deum, ego tamen ordinavi ad liberationem populi mei, &c.*

Ex quibus omnibus illud deducitur, quod suprema Principum temporalium non recognoscentium superiorem in temporalibus, politica, & œconomica potestas, & jurisdictionis; illis non fuit concessa per Summum Pontificem (ut minus bene existimavit Azaved. in l. 1. tit. 1. n. 16. l. 4. *recopil.* quem sequitur Sese, de *inhibition. c. 8. §. 1. n. 2.*) quoniam ante Domini nostri Jesu Christi adventum, summamque clavium potestatem traditam Pontifici, jurisdictionis temporalis vigeat in Regibus immediate data à Deo; ut in quiete Rempubliam conservarent, ex hæcenus adductis, & tradunt Lancelot. Corrad. in *templa omnium judicium, l. 1. de Rom. Pont. c. 2. §. 1. n. 3.* Parla. l. 2. *verum quod. c. 1. n. 5.* Axia, de *exhib. auxil. 6. fund. & intermediæ à populo, l. 1. ff. de constit. l. 1. §. 1. p. 2.* ibi: *Toto homo debet ser smetidos à los Reyes, por que son puestos por mano de Dios, y el poderio que an de lo resciven.* Castro c. 1. de *leg. pœn. c. 1. Cov. in p. 2. n. 2. & 6. Mol. de just. & jur. 1. tom. disp. 26. Bell. de laic. lib. 3. c. 6. in respons. contra Venet. propof. 6. & contra Sese tenet Ceval. in *epist. ad Regem, à n. 12.* idem etiam affirmat Torre-Bianc. de *Mag. l. 3. c. 26. à n. 55. & c. 4.**

Et comprobatur, quia Principes temporales superiorem non cognoscentes à principio omnia regebant & gubernabant, tam temporalia, quam spiritualia, l. 6. tit. 1. p. 2. ibi, *E por ende los llaman Reyes, por que regian tambien lo espirital como lo temporal Nav. in cap. novit. nota. 3. n. 32.* Ceval. in *cont. comm. l. 2. q. 739. n. 31. & 32. & l. 4. q. 1. in fin. epist. ad Reg. n. 77. & l. 5. in tract. de cogn. per viam viol. in proemio, cap. 5. n. 8. & 9. c. 4. n. 17.* Morl. in *empor. jur. tit. de jur. q. 1. n. 1.* latè comprobatur Torre-Bianc. de *Mag. l. 3. c. 26. à n. 95. cum seqq.*

Et clariùs colligitur ex eo, quod exemptio clericorum à jurisdictione seculari ab ipsa potestate, & jurisdictione temporali fuit deducta, à Regibus Christianis concessa ob reverentiam sanctæ Ecclesie, ut probat l. 50. tit. 6. p. 1. ibi, *Franquezas muchas han los clerigos mas que otros homes, tambien en las personas, como en sus cosas, estos les dieron los Emperadores, e los Reyes por honrra y reverencia de la sancta Tglefia, bene quidem 83. d. Axia,*

de *iuplorand. auxil. fundam. 24.* ubi dicit, quod civilis magistratus cœpit tempore legis naturæ, à tempore etenim. Constantini Imperatoris, hoc privilegium exemptionis à jurisdictione temporali clericis est concessum, ut docet Almain. in 4. q. 1. dist. 25. & Palac. in 4. d. 25. dist. 3. & constat ex l. 1. c. de *Episcop. & cleric. & in l. 1. c. de Episcop. aud. Baron. anno 130. authent. Coss. C. de sacros. Eccles. authent. statumimus, C. de Episcop. & cleric. l. 5. tit. 6. p. 1. l. 1. tit. 3. lib. 1. *recopil.**

Et pro majore perfectione hujus prioris Præludii, & ad clariorem intelligentiam sequentium brevissimè notandum est; Deum in universo duos constituisse vicarios, ut in tranquillitate, & pace Respublica gubernetur, ut testatur Gelaf. Pap. ad Imperatorem Anastasiam: *Duo sunt quippe (inquit) Imperator Augustus, & quibus principaliter is mundus regitur, autoritas sacra Pontificum, & regalis potestas.* refertur in *cap. duo sunt. 96. d. & Leo IV. Pontifex ad Ludov. Imper. in c. humadum, l. d. c. cum ad verum, 96. d. Auth. quomodo oportet Episc. §. in prin.* ibi, *Sacerdotium, imperium, illud divinis, hoc autem humanis, præsidens, cap. nos si in-competenter, ibi.* Sed notandum est, quod duæ sunt personæ, quibus mandus ipse regitur, Regalis videlicet, & Sacerdotalis; sicut Reges præsent in causis sæculi; ita Sacerdotes in causis Dei, & c. *solit. de major. & obed. ibi, Fecit Deus duo magna luminaria, id est, duas dignitates, quæ sunt Pontificalis autoritas, & regalis potestas, l. 3. tit. 1. p. 1. ibi, por estas dos se gobierna el Mundo; Abb. in d. c. solit. n. 6. & 8. Fel. n. 4. & cæteri Canonistæ Morl. in *emp. jur. 1. p. tit. 2. n. 12. Cassiod. var. ep. 3. Sese, de i. inhib. in epist. ad Regem, à n. 1. tom. 2. decif.**

Et licet potestas temporalis habeat ut objectam, & finem, felicitatem humanam, hoc est, justitiam, ac felicitatem vitæ temporalis, ut dicant omnes Theologi, prout latè doctissimus inquisitor Paramo, *tract. de origine genera, inquis. l. 3. q. 1. opin. 4. n. 37.* ita ut hoc modo considerato hæc potestas temporalis cum suo immediato sine felicitatis humanæ, integra erit Respublica ab spiritali distincta, & separata, & non dependens, ad commodiorem, ac meliorem expeditionem politici, & œconomici regiminis, ita latè Ludovic. Param. ubi *suprà, n. 38.* Navarr. in *c. novit. not. n. 58. de judicis, Victoria, de potest. civi. n. 8. Covarr. 1. p. c. 1. num. 6. Molin. de justit. & jur. 1. tom. disp. 26. Bellarm. de laic. lib. 3. c. 3. & iterum in *respons. contra Venet. propof. 1. fol. 3. Petrus à Mont. de Monarchia concil. tit. de Imperat. in prin. n. 1. in 6. col. tractat. Ceval. in *contra. comm. l. 4. q. 899. n. 112. & in epist. ad Regem, n. 1. Sese, in epist. ad Regem, n. 6. & 7. seqq.* dicentes, quod ubi hæc duæ potestates simul reperiuntur, ut in Republica Christiana; unum corpus faciunt, & unam Rempubliam constituunt; tamen hoc ordine, ut subdit potestati spiritali, prout post D. Thomam explicat Param. ubi *proximè, à n. 34. cum seqq.***

Summus insuper Pontifex utramque potestatem & Ecclesiasticam, & temporalem habet, illam scilicet absolute, absque alterius participatione, & dependentia, temporalem autem in habitu, & potentia in ordine tantum ad bonum spirituale animarum, & ad hunc effectum ea potest ut omni tempore, & occasione necessaria, & adversus quoscumque fideles legis Evangelicæ professores, Joan. Driedo lib. 1. de *libert. Ecclesiast. c. 1. §. per totum, Lud. Param. de orig. inquisit. lib. 3. q. 1. opin. 4.* ubi refert quatuor opiniones. Navarr. ubi *suprà.* Covarr. in *reg. peccatum 2. p. §. 1. n. 7. Pelag. de planct. Eccles. l. n. 37. Almain. de potest. Eccl. 1. p. c. 2. 9. Jacoba. de Concil. l. 1. art. 8. Menoch. *contr. illustr. c. 20. à num. 1. Bobadil. in sua Polit. 1. p. c. 17. n. 6.* qui sic sunt intelligendi, Bellarm. de *Pontific. l. 5. vers. tertio sententiam, qua dicit communem opinionem Theologorum, & Juristarum, & Enri. quod. l. 6. q. 13. Dried. l. 2. de libert. Christ. cap. 2. Victoria, de potest. Eccl. q. 2. de libert. Soto,**